

**Andreä, Johann Valentin**

De curiositatis pernicio syntagma ad singularitatis studiosos

Argentoratum 1621

**Signatur: L.eleg.m. 547 m#Beibd.5**

---

**Nutzungsbedingungen**

Bitte beachten Sie folgende Nutzungsbedingungen:

1. Die Dateien werden Ihnen nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke zur Verfügung gestellt.
2. Nehmen Sie keine automatisierten Abfragen vor.
3. Nennen Sie die Bayerische Staatsbibliothek als Eigentümerin der Vorlage.
4. Bei der Weiterverwendung sind Sie selbst für die Einhaltung von Rechten Dritter, z. B. Urheberrechten, verantwortlich.

**Usage Guidelines**

Please observe the following usage guidelines:

1. The files are provided for personal, non-commercial purposes only.
2. Refrain from automated querying.
3. Attribute ownership of the original to the Bavarian State Library.
4. In using the files, it is your own responsibility to observe the rights of third parties, e. g. copyright regulations.



JOH. VAL. ANDREÆ

*de*

CURIOSI-

TATIS PER-

NICIE

*Syntagma*

Ad singularitatis Stu-  
diosos.



ARGENTORATI,

Impens. Hæredum LAZARI ZETZNERI.

---

ANNO M. DC. XXI.

---



*Viris Reverendis*

DN. ERASMO GRÜNINGERO,  
Præposito

&

JOHANNI HANBERO D. Eccle-  
siastæ Aulico

*Consiliariis VVirtembergicis*

*dignissimis*

*fautoribus & præceptoribus suis  
honorandis.*

S. P. C.

CURIOSITATI, NOBILIO-  
rum ingeniorum pesti, nomen Ve-  
strum celeberrimum in exprobrati-  
nem opponendum fuit. Nam qui ingeni-  
Patriæ nostræ præsidetis, monitis & ex-  
mplo vestro docuistis, per recta & plana  
ascendendum esse. Quod dum alij nimium  
apiendo, nimiumq; concupiscendo negli-  
gunt, voluntq; omnino religione, literis,

A 2

&

# DEDICATIO.

*& moribus reliquis dissimiles esse, faciunt tandem, ut sint insipientibus & miseris quam simillimi; casuq, suo confirmant, mediocria ingenia optima esse, ut quae reverentia Dei duce, usu magistro, comite optimo quoq, in Reipublica munia ex crescant. Hoc volui paucis hisce pagellis, simulq, ingentia Vestra in me beneficia publicè contestari. Valetē diu Patria bono, & favere*

V. A. & D.

officiosissimo

JON. VALENT. ANDREA.



**N**QUIRENTI MIHI IN  
eos quoscunq; in vita stu-  
diorum, morumq; socios  
commilitonesve magno-  
numero habuisssem, atque

finis singulorum perpendenti, mira ani-  
mum perturbatio subiit, cum plerosque  
secus quam vel ipsi contendebant, vel a-  
liorum spes erat inoptata sede conquie-  
scere deprehenderem. Augebat etiam  
dolorem quod cum alii obtusiore, tardo-  
que ingenio, alii exacto, sagaci, industri-  
oq; olim apparuissent, his maximè ad-  
versam fuisse ac iniquam fortunam, o-  
mnesque præclaras spes evertisse, illis  
minus nocuisse, manifestum fuerit. Cu-  
jus rei causam cum alii Fati importuni-  
tatem vel ludibrium etiam, alii plenum  
seductionis, ambagumq; Mundum ad-  
ferrent, mihi ea potior sententia sedit, su-  
um quemque fortunæ fabrum, indeque  
intra nos hoc quicque est mali inquire-  
dum esse. Neq; certe profundius scruta-  
ri vertiginis occasionem oportebat, cum  
sele una omnibus deceptis errorum cõ-

munis magistra *Curiositas* sponte proditit, cuius ea est nocendi dexteritas, ut perpetuo benefica audiat, ac vix unquam in odium eius, cui vel turpissimè impoluisse, se adduci patiatur. Itaque, ut primum mihi hæc ingeniorum pestis visa, examinare eam amplius placuit, ac quibus illecebris hominem bene natum, beneque formatum pellexerit, quibus fasciis occuparit, quibus rotationibus ad absurdorum fastigia adegerit indagare, operæ pretium habitum, cum ut amicos meos, inter quos essem versatus, nunc varie dispersos, velut in tabella delineatos mihi redderem, tum maximè, ut quæ coram vidissem, expertusque in coniunctissimis essem infestæ curiositatis facinora, cum incautioribus, minusque ad hæc sacra admissis, communicarem, haud equidem ea spe vel confidentia, quæ multiformi hoc, versatili, & recondito monstro sive necem, sive invidiam apud candidatos, clientelæve suos minari auserit, sed quæ aut omnino ab hac contagione alienis, aut jam manu missis & etiamnum nauseantibus, volu-  
pta-

3  
statulam aliquam non illiberalem pol-  
liceatur Cui si fortè hic admirandus ac-  
cedat usus, ut vel unicum curiositatis  
nancipium qualicunq; divagationum  
delineatione ad se redeat, atq; hoc incu-  
rabili prope morbo liberetur, huius me-  
sanitati ex animo favere, atque cum bo-  
nis omnibus gratulari velle, palam pro-  
fiteor. Unicum tantum mihi dari orave-  
rim ne quisquam ulcus suum tangi cre-  
dat molesteq; ferat, sed velut ex multis  
curiositatis deformitatibus collectâ sta-  
tuam intueatur, indeq; facilius univer-  
sam infamem massam, quam unum, alte-  
rumvé minus invisum membrum, dete-  
stetur.

*Curiositas* ergo, sive immodica supra  
quam solita hominum solertia admittit,  
sciendi, agendiq; sitis, uti jam supra  
tetigi, haud supina, quadrataq; inge-  
nia ambit, sed quaecunq; acumen, me-  
moria, ratiocinatio, sedulitas atq; omni-  
no vis ignea aliqua ornavit, afflat. Neq;  
certè invita se inge- it, sed bonorum pal-  
sim, eruditorumq; applausibus introdu-  
citur. Quotquot n. sunt literis, ingenii

*Simplex  
est &  
conser-  
va de-  
bitio.*

4  
ve præfecti, ubi elucere divinos quod  
junt igniculos vident, ex omni materia  
fomenta congerunt, ac hinc faustis ac-  
clamationibus, & felicissimis ominibus,  
inde varia videndi, audiendi, dijudican-  
di que segete, illam mentis rasam tabulam  
opplent, ut jam vix sui capax diduci, &  
in omnes terræ plagas extendi concupi-  
scat. Videas hic omnes certatim aliquid  
ingerere, multumque sibi placere, si quam  
multas literas, conceptus, imò integras  
artes inscripsisse audiant. Hæc prima va-  
riarum diversarumque opinionum imbi-  
bitio est, qua simplex adhuc, & pura ho-  
minis charta maculatur, singularum elo-  
giis, machinis, & armis simul obtrusis  
quibus vel consentientem animum affi-  
ciant, vel repugnantem cogant. Hic ne-  
pe eripitur homini veritatis unio & re-  
ctitudo, ac in prophanas, infinitasque fa-  
bulas dilatatur, convellitur fidei candor  
& simplicitas ac hæitationes, ratiocina-  
tiones, quæstionéve substituuntur, au-  
fertur pudoris innocentia & verecundia,  
fronsque audax & cōfidens infertur, quic-  
quid ingenuum, innoxium, timidum, pu-  
rum

3  
n ex Divino favore, Angelorumque  
tubernio adest, exhibitur, & serpen-  
ta astutia, dolis, temeritate, ac inquina-  
entis commutatur. Quid igitur mirū  
gredi curiositatem, cui tot pararii &  
agno conducuntur, & tanta opera, la-  
oribusque anxie subserviunt. Neque enim  
lix unquam ingenium emicuit, ubi  
on omnium consensu id orbis collustra-  
oni, ornamentis, regiminive deberi cō-  
lamatum sit de eiusdem neglectu, ne-  
um contemptu aut oppugnatione altū  
ilentium est, quin potius ut hoc habile  
nstrumentum ad res varias tentandas  
udendasque instruatur id magno nisu a-  
gunt, usque dum ita infarciatur, ne aliter  
quam Mundum cogitare, si maximē ve-  
lit, jam posthac possit, sed perpetua insti-  
tutionis memoria oneretur.

Nacta ad hunc modum Curiositas in-  
genium, idque subigens, ut jam eminere  
aliisque omnibus præesse, ac quidvis ten-  
tare famæ causa concupiscat, in huma-  
narum inventionum latifundia emittit,  
sinitque omnino effrenum excurrere.  
Nam quicquid vel Eloquentia floridi ex-

*Varia  
Et su-  
multa  
arsa le-  
tio.*

A s cogi-

cogitavit, vel amoris furor elegantis aut  
 lascivientis dictavit, vel opinionum con-  
 flictus extruxit, vel casuum humanorum  
 varietas sancivit, vel regiminum vincu-  
 la & compedes propinant, vel Naturæ  
 obstericari pollicetur, vel regionum per-  
 suasiones alliciunt, quicquid tandem ad  
 boni maliq̃ue discrimen, veri falsive di-  
 iudicationem supravulgi sortem invitat,  
 id omne ingenii curiosioris pabulum est,  
 quod tanta aviditate depascit, ut nullo  
 labore fatigari, nulla mole obrui, nullo  
 tempore fatiari etiam possit. Nam ve-  
 lut pira accensa si oleum, stupas, ligna  
 atque alia igni non invita, iniicias, nun-  
 quam extinxeris, semper auxeris flam-  
 mam. Ita ingenium tam vorax, tam va-  
 rietatis rerum sitiens, nihilominus fati-  
 gatur, quam si nova subinde desideria,  
 stimulos novos suppedites, sed ex omni  
 materia ignem adauget, atq; tanto citius  
 fomites absumit suos, quo in maiorem,  
 altioremq; pyramidem excrevit. Hicope-  
 rosa & loquacula fama est, ut quam plu-  
 rimos huius helvonis admiratores, præ-  
 conesq; excitet, ut nascentes subinde fa-  
 tus

excipiat, exponat, conquiritisque e-  
 iis posteritati scilicet, commendat.  
 hic ille est, melioris luti fictile, saga-  
 ris indaginis spiritus, capacioris cra-  
 cerebrum, confidentioris conanimis  
 stus, subtilioris industriæ organon,  
 levis panurgix æmulus, & quæ alia  
 preciosa mendacia adulatio reperit, ut a-  
 quandiu hæc auræ, susurriq; mancipia  
 impleat, & officiosos nescio cuius in or-  
 meriti persuasione, retineat. Et quid  
 gat jam obsurdescēs, lippiensq; anima?  
 nonne tot barbatis, nasutis, auritis, lin-  
 eisque credat? nonne quod orbis con-  
 sensu, totque ampullis phalarisque con-  
 at summa sibi religione admittendum  
 redat? Et tamen res humanæ hoc volūt,  
 ut sibi turpiter imponi nolit, atque per  
 verambages circumduci, nulli fronti,  
 nulli senio, nulli authoritati, nulli nu-  
 mero, nulli apparentiæ, imò vix apodixi  
 ulli, fidem certem, nisi à Deo ipso com-  
 probatam: habeat, necesse sit.

Fieri tamen non potest, quin in tanta *Singula-  
 rerum diversitate plurima displiceant, larum  
 imò alia atque alia se mutuo expellant, res sua  
 distina.*

nam cum plæraque nostra contradic-  
 tione constent, etiam ea quibus facile inte-  
 se convenire posset, dum animus curio-  
 sus vel dijudicandis, vel conciliandis cō-  
 troversis occupatur, partium importu-  
 nitate & pertinacia offensus, paulatim fit  
 alienior, & dum subinde ab his illisque  
 semet segregat, vix ubi subsistat, quo ve-  
 fugiat, reperit. Inde tertium aliquod, si-  
 ve verius ab omnibus separatum animo  
 concipit, quòd ex omnium bonis colle-  
 ctum, omnium malis caneret, magno e-  
 quidem ausu, & infinita mentis volupta-  
 tula, sed continuatione minus validiore,  
 sineque neutiquam expectato. Ita nam-  
 que ferunt humanæ inventiones, ut pri-  
 mo partu omnibus numeris perfectæ,  
 suis parentibus videantur, cæterum in  
 forum publicæ conversationis productæ  
 claudicent, cœli juxta, ac terræ inpati-  
 entes, ac tum maximè difficiles, cum de-  
 fectus corrigendi suscipiuntur. Nihil e-  
 nim unius hominis ingenio perficitur,  
 sed aliorum ac temporis etiam lima ex-  
 rudi forma perpolitur, unde ingens do-  
 lor illius ut vocant *Singularibus* subori-  
 tur,

57/6582  
cum exploso, irrisoq; hoc generoso  
namine, ad tritas aliorum semitas, vi-  
que regias redeundum est. Videre est  
ultos subita turbæ abhorrentia secre-  
s sibi locos eligere, animoq; ubi specu-  
tur, ubi Divina contempletur, huma-  
aque, quietam ambire sedem, ac jam  
il nisi quintessentia parturire, post ubi  
solitudinem est perventum, aut situ  
orpere, aut ineptiis occupari, aut æstua-  
e denuo, conversationemque appetere.  
Hi quo interno rubore ad homines ex  
uo illo fictitio empirio redeant, nemini  
dixerint quam nunc minus de illo tran-  
quillitatis folio sentiant aperuerint. Alii  
Reipublicæ tractatione, cum diu inno-  
xias habere manus, nullo piaculo conta-  
minari, celebreq; illud *Sum* esse affecta-  
runt, obscuritatis, servitutisque tædio,  
habenæ, fascesve appetunt, & quam pri-  
dem innocentiam jactarunt, abjectione  
nominant. Nonnulli ipso vestitu alienæ  
vulgo sententiæ processionem osten-  
tant, quam ut cum pallio posuerunt, ri-  
dent simul ac ridentur. Et quis tales spe-  
cies nisi cum molestia conscriptorum enu-  
meret

meret, quibus Curiositas singulares suos sublimes evexit, sed mox iterum ad consuetos vitæ vulgarissimæ ritus deposuit, quos si quis de ætereo itinere interroget, vix habent quod respondeant diducta fronte, nisi cordatiores suum incogitantia raptum, ingenue fateantur.

Qui sic animo à vulgo abeunt, plerumque selectam eius partem in deliciis habent. Hanc artium industria & subtilitas, oculorumvé aut aurium voluptas, Curiositatis pedisse quæ, insinuat. Pictores, sculptores, statuarios, horologiopeos, gemmarios, aurifabros, organopeos & consimiles ingeniosæ mechanicæ administratos intelligimus, quorum ope illa jam separata, jam sublimata anima artificiosius scilicet insaniat.

Nam qui in hanc rem ingentes sumptus facit, qui vitæ medietatem absumit, qui desideria omnia confert, ac voluptatem summam defigit, nã ille artis nullius æstimatione ab insignis ineptiæ evidentiâ liberabitur. Mutatus nempe, non ablatus mentis error est, qui libertati humanæ infidiatur, ac vincula pi-

et,

ficta, cæolata, inaurata, gemmataque  
 cta speciosiora utique quam vulgi,  
 neutiquam liberaliora. At illi iura-  
 t, artificum præsertim testimonio  
 uri, nihil hac anima nobilius aut sub-  
 nius esse, qua oculis ab arte irradiatis  
 omnes exacto iudicio intueretur, ac  
 ro precio æstimaret. Beatam, Her-  
 les, animam, quæ gemmam talen-  
 pendit, quam colonus ille vitri fru-  
 illum credidisset, aut Thaidis faciem  
 iri mina licitat, quam Coridon trio-  
 olo non redimeret. Quis verò nescit  
 uriosorum prodigalitate eo accrevisse  
 echanicorum operas, ut inter otium  
 e faginam Plutoni suis numulis & ima-  
 unculis, pupulis & lapillis, felicius  
 quam de genere humano optime meri-  
 i quique litent, tandemque generosio-  
 is animi præmia affectent, ut jam bar-  
 barus atque inhumanus audiat, qui tales  
 non dicam negligit, sed non in ædibus  
 numerosè ac delicate alit, illorumque  
 phantasiis ( hoc enim nomine superbi-  
 unt) totas ædes implet, ac omnia supelle-  
 ctilia illinit. Atq; hæc potius, puerilis vo-  
 luptas

Iuptas dici, liberalitasque posset, eum  
pueri colorum variegatione, lapillorum-  
que fulgore maximè capiantur, nisi for-  
tasse huic ætati id potius indulgendum  
esset, quam ei, quæ & supra mortaliū  
communem sortem sapere, ac puriorem  
quam vulgus voluptatem cōsecrari, ma-  
gnisq̃ue in orbem meritis eminere, duce  
Curiositate, famæq̃; præcone, repentib.  
aliis, & subterraneis animab. innotuerit.

*Perpe-  
tuum me-  
chanica  
fabrica.*

Hi tales Mechanicorum celebres sa-  
troni, ubi contubernium artificum sive  
officinam veluti aperuerunt, vix absti-  
nent, quin majus aliquid homine perpe-  
trare, & aliis vel intacta, vel infelicitè  
tentata expedire in animum inducant.  
Jamque Archimedes, Architas, Dæda-  
lusque cerebrum subeunt, & quadrare  
circulum, alas applicare ut evoles, cur-  
rus fabricare ut equis carere possis, ju-  
bent. Si quis promptius auscultat etiam  
illum ingeniorum aculeum, illum curi-  
osorum stimulum *Perpetuum* mobile ag-  
gredi hortantur, & machinas jam in-  
genti impetu perstreperentes, jam miris  
rotationibus mobiles, jam variis librati-  
onibus

us semet propellentes suggerunt, ac  
 iissima confidentia perfundunt. Et  
 c homo velut horologium perpetuis  
 is circumfertur, nihilq; præter rotas,  
 s, dentes, ponderaque, cogitat, ac nõ  
 noctu, quam interdiu perennitatẽ,  
 nniat. Ratio in promptu est, & sche-  
 indefinenter movetur nunc praxis  
 a magno desiderio expectatur, sed  
 id agat manibus minus artificibus, ne  
 id mysterii in alium effundere coga-  
 r? Itaque & ipse quædam impolite fa-  
 ricat, & partes aliquas mechanicis di-  
 versim committit, sibi ultimam manũ,  
 c operis compositionem reservat. Au-  
 let interim, ( ea est artis fiducia ) de usu  
 machinæ, de ornamentis, de Patronis,  
 imulque ingentibus thesauris exinde,  
 amaque insolita recte disponendis, imò  
 de periculis invidiæ avertendis cogitare  
 dum beatus ille birgillus in Phantasiæ  
 utero perficitur. At heu deferente iten-  
 tidem manuum dexteritate, sive potius  
 redeunta semper, semperq; violentiam  
 sistente æquilibrio, ac quietem inquieto  
 animo persuadente, iterantur, atque ite-  
 rantur

tantur importuni conatus, & in vito gra-  
 vitatis centro varia admoventur, quæ  
 sua quietis sede pondus extorqueât, eii-  
 ciant, elevent, extrahant, educant, expel-  
 lant, atque tandem in orbem indefinen-  
 ter ferant, vel ire saltem, redireque sine  
 fine cogant. Hæsitat tamen ille motus,  
 hæret, tandemque stat & iratum facit, an-  
 tædiosum, an verò erubescens artificem.  
 Nam & dolet verba sibi aliisque  
 dedisse, & piget tantum temporis argen-  
 ti que contrivisse, & pudet inter tot vel  
 apertas vel sanè tacitos cavillos, naturæ-  
 que velut exprobrationem versari, tan-  
 dem miserum hoc remedium *Voluisse sat  
 est*, subvenit, atque permultis laceris ar-  
 millis inauspicati tentaminis memoriâ  
 relinquit.

*Chymia*

*Verisigo.*

Sed adhuc sublimior schola est, quæ  
 Curiositatis nepotulos excipere solet &  
 habere modis dignissimis. Chymia,  
 chymia inquam, illa ad illudendum cui-  
 vis singulariori ingenio ars nata, atque  
 tot impostorum augmentis eo exulta,  
 ut circumspectum quemque & sagacis-  
 simum depectinet. Arti sanè ipsi, qua  
 pura

a est, & Naturæ æmula, nemo male-  
 erit, aut invidiam apud hominum  
 imos fecerit. Sed quæ obscurorum  
 erculorum faccis & pera plusquam  
 nica circumfertur, quam aculeata,  
 am hamis, unguibusque armata un-  
 que sit, dici vix potest. Non ille bene-  
 ctus lapis facilius in aurum convertit  
 etalla, quam eius myste omnes hysto-  
 as in fabulas, vel ut mitius dicam hie-  
 glyphica & allegorica transmutant.  
 ec Philosophicus eorum Mercurius  
 obilior, quam versatiles ipsi. Pin-  
 ere, manusque impingere, inficere &  
 ificiari, coquere & concoquere, tin-  
 er & fingere, sugere & fugere, unus  
 ropemodum labor, nisi quod venter  
 turus Magister subsistere interdum, &  
 dolos connectere, vel in anno etiam se-  
 rere aurea somni a jubet. Penelopes æ-  
 mulos facile dixeris, tanta texendi rete-  
 xendi, pertexendiq; felicitas est, ut jam  
 futuri Gaza possessor, vix habeas, quod  
 præsentibus corvis obiicias. Ne quid sto-  
 macheris, inventa sunt parerga, quibus  
 tempus Philosophicè comburatur. Vis

ne

ne gemmas effingere? uniones in unionem prægrandem conflare? cupro argenti candorem commodare? ferrum calybis duritie induere? argento auripondus conferre? solidare corpus? prolongare annos? cicurare feras? adaugere formam? devincire fortunam? illudere hosti? joculari cum amico?

Euge bonis avibus, quæ artis hujus liberalitas est, accipe nostra illa rejectamenta, quibus popello ludis facimus, & Naturæ familiaritatem quavis in re prodimus. Sic ait nequam, & simul tempus trahit: omniscientiam jactat, & inscientiam tegit, vel potius subducit, ne tot scientiarum, linguarum, peregrinationum ac omnino *Universitatis* anatomix, seu quod solitum ipsis vocabulum *Clavis universalis* vel primum subire ac plebei examinem necesse habeat. Interim illi stupendi sive mineraliationum, sive hominex-crementationum, sive graduationum, sive tincturarum, sive fixationum, sive augmentationum, sive perficationum, sive albationum, sive Zinoberationum, sive basilisci creationum, sive oleationum, sive



inane sit illorum flare, simulent, plerumque nullius sunt, vel sanè tepidæ, & p. loci naturæ flectendæ, aut Patrono commodandæ religionis. Ut fidem cilius frangant, docent filios doctrinæ illis tenebrarum spuris, velut hæreticis, nulla teneri fide, sed ut in secreto maneat tantus lucis thesaurus, fabulas offundendas esse stolidis auribus & oculis quibus rideantur, cuius certè institutionis ea est felicitas, ut mihi quidem nullus à talibus obsessus obtigerit, qui non mox ex candido, varius, ex aperto simulator, ex vero lubricus, ex integro levis, novo scilicet artis magnæ beneficio, factus sit. Cuius rei certe perpetuum exercitium habent, nam cū spes suæ eos perpetuo destituant, ipsi vero in certos dies, septimanas, menses, vel sanè annos aureæ felicitatis fidem dederint, quærendum est aliquid, quo vel amicos solentur, vel cavillos compescant, vel creditores deliniant, vel familiarum satisfaciant, omnino verò tempus trahant, cum tamen contra Hipocratem ars brevis, vita longa ipsis fiat, & lubrica fidei con-

iudo paulatim innotescat. Hinc  
 em frontem palam ponere necesse  
 & artis beneficio omnem vitam, si-  
 temporis, sumtum rationem de-  
 are, imò magnas interdum in fa-  
 & rerum omnium penuria jactare o-  
 quas homo Philosophus si vellet,  
 avis hora pararet, sed velut excre-  
 nta merito negligeret, satis dives,  
 is magnificus suo interno illo thesau-  
 , & lumine omnia jam perlustrante.  
 onne id regiè, nisi mendicari, & clepe-  
 subinde deprehenderetur, & auri mi-  
 quo vis duci deniq; ad minus Philoso-  
 uicos carceres adigi, quos molestos esse,  
 & ipsi dissimulant, & invita morte cõ-  
 ueruntur. Sed benè iis, si non die, no-  
 tu tamen semper esse credibile est, cum  
 de somniis gloriantur, quibus arcana  
 uævis intropicere, & sacris mentibus,  
 ntelligentiisque conversari iis datur, dū  
 reliquis bonis quiete tantum & reno-  
 vandis viribus nox minus cum lucro  
 absumitur.

Ne quisquam verò in suave hominum  
 genus, aut tetricum huiusmodi circum-

cellio-

Librè  
 rada x  
 & f. e

celliones credat, indeque minus in æde  
 mensamque admittat, meminerit & b  
 nos congerrones, & conbibones no  
 difficiles esse. Nam cum magnam ter  
 partem sive percurrerint, sive ob  
 rarint, præter suavissimas fabell  
 fratrum hinc inde dispersorum, se  
 invanitate fidei collectorum indices  
 possident, cujus dum paraphraistes agun  
 nolis aliud apponi oblationum, quæ cujus  
 vis fortuna, quæ vitris fragia fuerint, pe  
 quos profecerit, quid jam rari ac cur  
 Cræso minimè commutandi possideat  
 in numerato habent, ut agnoscas  
 liquoties recitasse. Sed maxime juvat  
 bellos paradoxos, & heteroclitos, &  
 secretæ fratrum thetæ, abscondant,  
 dire, quibus tum demum inelle, qui  
 credere, quid scire, quid agere juvet, cum  
 gemitu & suspiriis alleverant, rerum qu  
 ac scientiarum reformationem, si tem  
 pus statum illi successat, minitantur, inter  
 im orbis tenebras & profundam caligi  
 nem commiserantur. Sed ne quid ne  
 scias, maximo libelli constant, & cum  
 persæpe in olido sinu gestent, procul a

erlendos volumus, qui quicquid  
dicunt. Tandem cum multo aere diu de-  
deratum thesaurum redemisti, carbo-  
res, vel carbonavium quid redemisti, fa-  
culas nempe alias, ænigmata alia, impo-  
turas alias, vel obsoletum quid & ranci-  
dum fætens. Nec tamen licet tibi de in-  
iuria conquiri, sed potius dolere, quod  
mysteriolum nondum sis capax: & ta-  
men non emille tacitus mallet. Ille qui  
gram peregrinationem peregit, profe-  
tus fortasse ad Divum catiponem, quem  
pro sacrificio murmurantem placaverat,  
in hæc meritis tibi obambulat, & vel  
laudicatione, vel periculorum enume-  
ratione opus bonum suum exprobrat.  
Ic denique in ædibus tuis regnat, ut cū  
maximè oneri tibi sit, nolis tamen nisi  
per commode hominem dimittere, quò  
in pectoris velut communionem admi-  
eris. Sed nisi blanditias ponas, nihil in  
hoc genus patientissimum magis, quos ali-  
is exorcismus loco non pellit, nisi iurgi-  
um, & jejunium. Et sic ille quidem cum  
murmure exit, plurimū iratus sua sim-  
plicitati, qua sacrum canibus objecerit.

B

Sed

Sed securus esto, proprius enim est, ut liberalitatem tuam cum sua gloriola extollat, quam iniquè abs te habitus, omnibus sagacioribus, malæ actionis, molestæq; conversationis se sive reum, sive suspectum reddat.

agia  
mers.  
s.

Vtinam vero sic abegeris. pestilentem magistrum, ut nihil malignæ huius tibi post se reliquerit. Parum sic ades etiamnum fuligine ingrescere, vasa varia an-  
fata, rostrata, retorta & oblongis collis insolita superesse, nisi venenatus ille aculeus, qui curiositatem exacerbavit, mentem tumefaceret. Nam qui semel rursus est ultra humana concupiscere, desertus à hominibus, spiritus consulere incipit, & geniorum familiaritatem appetere. Hoc genus facinoris planisibili figmento Salomoni sapientissimo tribuitur, cui jam par fieri Curiosus audet. Itaque jam characteres, conjurationes, constellationes synchronismi tuto adhibentur. Postquam Demonomania in Theosophiam mutata audit. Visiones, apparitiones, revelationes insomnia, voces, auguria, sortes ac omne genus falsæ Divini-

tati

23  
tis exiguntur fiuntq; horrenda incan-  
tiones, in aliis supplicio digna, filistia  
nen huius dubiae lucis, licita. Ipse anti-  
tristi Maosim huic impietati serviat ne-  
esse habet, vel lustralis aqua, vel cerei, vel  
ranium mortui, vel viventium partes, &  
quicquid impudentissimo etiam menda-  
cio subsidium pollicetur. Quid non au-  
let, ô Deus, infamis hæc curiositas, quid  
tentat? eo magis obstupescenda, quod  
animos quondam ab hac re omnino ab-  
horrentes, subito in omnes etiam peri-  
culosos, etiam cum ignominia coniun-  
cto. Illis abripit, ut videantur satianda  
inquietudinis ergò, nec Demonis impe-  
rium refugere. Ecquid penim aliud hoc  
illicitum indagandi genus sit, quicquid  
mussitent, quidquid se torqueant, quam  
necromantia aliqua in Dei contumeli-  
am, Divinis laciniis obvoluta. Eant, qui  
impline familiares spiritus vocant, aut  
cœlū verbis cogunt, aut terram devo-  
vent, aut animalia fascinant, & hanc su-  
am ultremam temeritatem cum sapien-  
tia, viribus, sanitate, longævitate, opibus  
se exinde partis conferant, atque de lu-  
cro

pro vel tantillo, aut profectib. supra vul-  
gum gloriantur : Eant & occultæ suæ  
Philosophiæ sublimitatem, fructumque  
nobis ostendent, nempe Sathanæ ludibri-  
is aliquandiu vexati, & cristallis illusi, in-  
ter ignorantes, ægrotantes, esurientes,  
fagantes, ac quod imprimis dicendū erat  
in Deum graviter delinquentes, turpiter  
relinquuntur.

**Quibus** minus est impietatis, suam il-  
lam prævidendi libidinem, in vaticiniis  
& Prophetias convertunt. Non hos in-  
tellego, qui palam rerum eventus sive  
prognostica confingunt, ut plebs cula  
aures arrigenti insultent, sed qui revera  
suis conjecturis ita capiuntur, ut ab ipso  
Deo dictatas, inspiratasve firmissimè  
credant. Nec certè hic error à bonis ali-  
quot & integris hominibus abstinuit, qui  
vel calculatione, vel harmoniis tempo-  
rum, vel anagrammatifinis, vel literis  
numeralibus, vel progressionibus trigo-  
nicis, vel allegoriis abrepti, plagas terræ,  
mutationes regnis, mortē magnatibus,  
interitum papæ, stragem Turcæ, reno-  
vationem orbi, infamiam literis minita-

non dubitarunt. Quibus cum nemo  
 e sistere aufit, siue Divinitatis consciis,  
 ive ex suis tantum, iisque secretissimis  
 principiis militantibus, una res permo-  
 lesta ac adversans esse solet, aliusquam  
 prædixerant eventus, qui & repetere cal-  
 culationes & retrospicere in Urim suum,  
 atque corrigere errorem, jubet, interdum  
 que planè conturbat, ut nesciant quo se  
 vertant. Nolunt enim in re tam seria, &  
 quam velut à Deo acti, conductiq; Mun-  
 do inclamant, quam immobilibus argu-  
 mentis probatam volunt, vel illusi vel il-  
 lusores videri, & res suas omnes inani  
 calculationi credidisse. Itaque in DEI  
 fastos, cælique rotas & terræ gyros scrup-  
 pulose inquirunt, quæ tandem remora  
 in dubium cursum stiterit. Solent etiam  
 futuræ fabulæ personas, si qua excidat,  
 aut illiberalior sit, mutare, ac terminos  
 vel contrahere, vel quod tutius produce-  
 re, hi tamen minus religiosè rem tra-  
 ctant. Sed & visi sunt qui prophetiis a-  
 dularentur, ancuparètur, nūdinaurentur,  
 prædicerentque id, quod fieri vellent.  
 Hos invitant Magnatum æstus, qui se li-  
 benter

16  
benter Caelo notatos, aut ad utos audi-  
unt. Omnino tamen certissimis testi-  
bus asseverabo tam eos, qui conscientia  
sua urgeri & divino spiritu informari se  
credunt, quam qui foro, pruriginis, hu-  
mana serviant, in lubrico plausu con-  
sistere, ac perorationis sagacitate, quam sa-  
cro, arcanoque dictamine de futuris ma-  
xime securitate pronunciare.  
Nam certe in eo est, ut homo vulga-  
rum vivendi vitam fastidians, sed per ab-  
rup. ita praeputaque, ad aequae in v. loca  
delatus, totus nauseat, & spirituales ju-  
xta corporeasq; fallacias, nesciendiq; &  
errandi cathenatam necessitatem exue-  
re, ac si fieri posset, semetipsum oblivisci  
appetat. Itaque & simplicem juventutē  
& lupinam rusticitatem, imo crassissi-  
mam fatuitatem laudare & suspicere in-  
cipit, & quicquid à curiositate procul  
invidendam felicitatem judicat. Jam  
que excutere Mundum, eijcere opur-  
residualas, fugere amicos & notos cog-  
tat, dediscere artes, scientias, mores, ele-  
gantias, & quicquid olim estimatum, volupe  
qu



stant, cogi, ac nunc agre prioris licentiosa vitæ, pristiniq; splendoris, aut si Diis placet sapientiæ opinionis & singularis ingenii testes sive socios etiam, intueri. Hoc enim curiositati solenne, nūquā suos eoe fferre, ubi nō post annorum aliquot, nummorumq; depensum retro eundum potius, quam progrediendum sit, iisque iterum immiscendum, qui velut primum pedem Reipublicæ serviendi domo efferunt. Cani igitur inter juvenculos, effati inter vegetos, fracti inter robustos, deliri inter sagaces, vertiginosi inter firmos ambulantes, ac cum sibi maxime irasci deberent, Mundum deorsum ferri retroque ire querunt.

*idea  
ba  
rio.* Hic nescio annon etiam inspiciendi nobis sint, qui nimia teneritate conscientia prohiberi se putant, ne vel humanis artibus, vel legibus operam, jam multorum annorum studiis idoneam redditam, addicant suam, quod Deo potius vacare, & curare animam interno aliquo stimulo jubeantur, de quibus ut pronunciare minus expeditum, cum Divina vocatio

atio in abditiis fiat, & cordis latebras portet, ita hærere illos, & tot bonorum vos, voluntatiq̃ue obniti, æque infutum t. Certè vera Dei unio nullo officii humani genere ( nisi id in malis versetur ) excluditur, nullis occupationibus, quin se exerat, impeditur, nulla turba, quin animam alloquatur, soleturq̃ue disturbatur. Quicquid integra fide in proximum impenditur, DEUM comitem habet, etiam iis in locis, ubi DEUM abesse hypocrita dixerit, quicquid se ipsum querit, etiam intra adyta, abditaq̃ue Deo invisum est. Tum fortioris etiam animi sit, ita DEUM suum apprehendisse, ut nullibi dimittat, quam certis quasi conditionibus tolerare Scilicet cum Deo Patri am tueri, jus civibus dicere, mederi ægris, instituere imperitos, tractare manuarum, colere terram, tenacioris in DEUM animi mihi esto, quam ad arbitrium suum vocare, ac in umbra otioq̃ue veluti audire DEUM velle. Angusta huic Dei familia videtur, cui nullum non prophannum videtur vivendi institutũ nisi quod ipse effuxerit, & qui hominum discrimina-



ormandam judicent. Itaque ex nostra-  
 bus pudori sit cerebroso, ita Lutheri  
 dogmatibus Verbo Dei fultis adhærere,  
 et nihil alienæ sententiæ admisceat, qui-  
 us vel simplicitatem Lutheranam acu-  
 e, vel rigiditatem ( quod aiunt ) emol-  
 at, vel imperfectionem absolvat. Pla-  
 et itaque huic addere Calvinianam  
 subtilitatem, scilicet qua verbum Dei  
 humana rationi submittatur. Illi A-  
 nabaptistarum sanctimonia, quæ pro-  
 fundissimum animi fastum tegat, alte-  
 ri Suerkfeldianorum æquanimitas, quæ  
 animæ raptus approbet, nonnulli  
 Pontificiorum elegantissima scena, quæ  
 vitæ cuncta commoda secum, volu-  
 ptatesque vehat. Et quid ni etiam ali-  
 quibus Judæorum antiquitas, paga-  
 norum felicitas, Turcarum facilitas,  
 Arianorum loquacitas, nam cui semel  
 Christianæ regulæ infantia displicuit,  
 facile viriles, masculique errores alla-  
 bescent, donec Atheismus, religionum  
 expeditissima subrepat, hominemque tot  
 dubiis, controversiisque refertum in-  
 solidum liberet. Habet etiam Pseudo

32  
Chymia suam velut peculiarem religio-  
nem; nam quia Philosophiam omnem  
sive reformavit sive perfecit, hoc etiam  
generosi addit, ut cum Theologia com-  
binaret, & res sacras prophanis, propa-  
na sacris exprimeret. Hae eleganti Har-  
monia quidquid volunt absurdi astruunt,  
& de beatorum regno, de Angelis, de  
miraculis, de fide, de peccato, de Sacra-  
mentis, de Ecclesia, de resurrectione, mi-  
rificè arguantur, tanto licentiosius, quā-  
to verbi Divini consensu nihil opus ha-  
bent, sed dixisse, vel somniasse, inter cre-  
dulos suos abunde sufficit: Nam qui hoc  
impetrarunt, ut credantur interno lumi-  
ne splendescere, iis facilimum est, suum  
illum hiantem, curiosulumque gregem  
verbis insolitis pascere, cui hoc unum  
plausibile credere incredibilia, scire in-  
certa, possidere lubrica, affirmare para-  
doxa, jactareque impossibilia, tantaque  
obsequii promptitudo est, ut uno mense  
ab uno impostore plus persuasum, quàm  
à Christo multis annis impetratum, aut  
ministris eius creditum liquido depre-  
hensum sit.

Emer-

Emerfit hac noſtra ætate religio ali-  
ua multiformis, ac polypi inſtar, quam  
V eigelianam appellare poſſemus, quod  
ib hoc nomine cui iniuriam non fece-  
im circumferatur. Ea cùm primum  
valde bona propinaret, & internum ho-  
ninem egregiè formaret, ſaperetque de-  
votum quid, & cælicum ſpirans nunc ne-  
ſcio an non ſupponat, certè monſtroſiſſi-  
ma quæque, & in religionem puriorem  
contumelioſiſſima profert, & hereſeos  
peſtilentiſſimæ genuinum exerit. Nolo  
hic exaggerare quam in D. Lutheri ma-  
xime merita, iniuria ſit, quàm in ſpiritu  
herois dicacula, paſſim omne verbi mi-  
niſterium, & fides Dei ſervos ſuggillet,  
quàm præ ſuo ætereo lumine omnes fa-  
culas rideat & conculcet, ut nihil hic le-  
ne aut cum Chriſto, quemadmodum  
crepat, manſuetum reperias. Sed quod  
Sacramenta elevet, Spiritum tantum in-  
terpretem jactitet de Chriſti carne, de  
beata Dei genitrice, de damnatorum ſta-  
tu, de omniſcientia aliqua, de imputati-  
onis figmento, de abſolutionis temerita-  
te, nefanda deliret, atque ubique Eccle-  
ſiam

Vueig  
liana  
confre  
ſio.

nam Christi maxima bile, summaque injuria oneret, id ut indignum, ita ad animum bonis, & meliora sitientibus vocandum est, ne vitia huius seculi perosi, & incommodas multorum administrationes, dedignantes, hominis unius maledicentiae juxta & jactantiae se incogitantius concedant, aut hanc subdola colendi Deum rationem quae foris nullibi pateat, & inter omnes religiones verari possit, cunctasque Mundi leges, consuetudinesve admittat, illibi sibi patiantur. Quis enim huic manu ductori ad veriores Spiritum fidem hactenus, quem ad monstrosissima quaeque ab ipso suo Spiritu deductum videat. Quis magistrum omnium artium, scientiarumque credat, quem audiat pleraque ignorare; Quis à Christi tranquillitate regi vel coniciat, quem perpetuo insectari, cavillari condemnare ornatissima quavis Ecclesiae organa animadvertat, quis denique hunc sequatur, quem neminem nisi seipsum sequi, atque ex se omnia confidenter pronunciare deprehendat. Itaque magno Sathanae dolo hos libros spargi,

argi, & optimis quibusque obtrudat-  
 randum est, ut verioris pietatis, in-  
 mensaque devotionis illi inimento, quæ  
 rio hodie reduci, & sinceriore Spiritu  
 antari cepere bona, hac fæda com-  
 ixtione & religiosis suspecta, & impi-  
 s magis dedignanda irridendaq; redde-  
 entur.

Huic accessit Fraternitatis cuiusdam *Frater*  
 Rosaceæ ludibrium, Curiosorum hu- *ista*  
 ius temporis nifallor viscus & offendi- *sonan*  
 culum. Si paucos bonos excipias, qui-  
 bus tot rerum corruptio doluit, emen-  
 datio nis spes animum fecit, reliqua tut-  
 ba supra quam dici potest Democrito ri-  
 sum civit. Continebat ea fabula quic-  
 quid salivam posset movere divinatori-  
 bus, calculatoribus, decoctoribus, micro-  
 cosmicis, ecstaticis, cabalistis, magis & in  
 universum curiosis omnibus, atque pla-  
 nissimè Æoli utres pollicebatur. Adau-  
 gebat histrioniam tam multiplex con-  
 certatio propugnantium & impugnan-  
 tium, invitantium & apparentium, ten-  
 tantium & credentium, ludentium &  
 quiritantium, expectantium, & desperan-  
 tium,

tium, & quis fando  
 inanitatis varietates  
 ficinæ occupabantur  
 talogi coronabantur  
 rus, ne qua nova hæ  
 ret: jam trepidabat  
 rabia Exercitus color  
 res literaria barbarie  
 Sed hos plærosque lib  
 detinuit rei vanitas, &  
 fecit nullitas, & dimis  
 Fama, & evacuavit qu  
 & pavit qui invitavit  
 quæ elevavit, curiosita  
 ablegavit credulitas, &  
 scivit spes, & sanavit qu  
 & recepit quæ emiserat  
 que velut Babylonica  
 non linguis, sed judiciis  
 visi ad sua paulatim dis  
 pauci que opinor ejus  
 ut invisibili huic moli, la  
 quere, bitumenque conf  
 nisi silentium post clamor  
 um larvatorum referre velin  
 egregium animo conceperu

iora toto animo admittere, tueri, & pagare fuerunt, illam potius jam cer-  
 1, tot amicis Dei expertam, jam toti-  
 athanae, Mundoque oppositam Chri-  
*fraternitatem* amplectantur, mentē  
 e integram & conatus omnes eo co-  
 rtant, ut *Societas Christi* sub Evangelii  
 gibus coalescat, ordoque mutuae Cha-  
 tatis emergat, ac donorum Dei com-  
 municatione in caeli honorem Ecclesiae flo-  
 em, proximique rorem appareat, deni-  
 que mutuam fidem, informationem, cu-  
 ram protectionem, emendationem &  
 delectationem secum adferat.

Hic jam propè fatigatus subsisto, neq;  
 curiositatis sinus qui sanè inexplicabiles,  
 ultra evolvo; Hæc mihi capita, hi centu-  
 riones sunt, sub quibus levioris arma-  
 turæ militent. Satis namque labyrinthū  
 est expertus, qui per singulas has amba-  
 ges oberravit, Cæterum tales intueri, ne-  
 scio an condolentiam dotius, an verò ad-  
 mirationem exciter. Nam etsi & publice  
 vilescant, & ineptia sua patefiant, & a-  
 pud sese languescant, denique inter tot  
 commutatas continuatasque sortes ob-  
 brute-

brutescant, imò boni  
 fcant, tamen vel erud  
 entia, vel devotionis  
 mulacra ita præ se fer  
 quomodo tam insigni  
 ri boni prudentis sole  
 imagine coniungi poss  
 portunitate, vel sanè ex  
 spiti suo post tot annos.  
**Hic** equidem persæpe  
 coniunctissimos meos,  
 fos, pios, industrios, l  
 veros, sed curiositatis  
 nec post frequentissimas  
 givertationes, impostu  
 damna ludibria, aliaq; b  
 tatis, perpetua, & insepar  
 tia, nihilomino consequ  
 rem, quin ad naturam lev  
 redirent, & spes ( mea o  
 tam abiectas, quam emor  
 tarent, novisque impostor  
 sinè præberent. Vnde u  
 artem reperi vel celare, vel  
 suadentes amicos, aut cert  
 ac velut ab hac sublimitate

re; paulo tamen post, ubi menda-  
 simulque aliquid sumptuum exha-  
 nt redire, ac profundissimo silentio  
 ne vanitatis misterium elevatum aut  
 altum velle. Tales ego persape per-  
 nec nisi diuturna mora, postquam  
 nia monita frustra fuerunt, sup-ravi,  
 licique frequentissimis exemplis,  
 emicunque Curiositatis contagio cor-  
 misset, nulla fide, nullo vero, nullius  
 tibus, sanari posse, sed Deo, sibi &  
 mpori relinquendum denique à pau-  
 erie exacerandum esse.

Mod si etiam aula favor aspi-  
 que popina laginet ( uti res non infre-  
 quens est ) tum demum inolescere ad-  
 mirabiles hos, & cristas erigere, atque  
 hominibus omnibus eminere videâs.  
 Nam cum non fortunæ beneficio, sed in-  
 genii meritis & artium raritate eo ascen-  
 derint, ut magnatibus sint familiares, e-  
 osque ad omnia propitios, imò socios  
 ferè habeant, jam prophanium vulgus o-  
 disse, & procul arcere merito incipiunt  
 ac virtutis sublime solium capessere.  
 Hinc etiam abiecto Philosophastri pal-  
 liolo,

liolo, bombicyni incedunt, auro argen-  
 toque ( suis creaturis scilicet ) nitent, &  
 in regia sive ingrediantur, sive egrediā-  
 tur, officiosos satellites, amiculos stupe-  
 scentes reperiunt. Unum tamen dolet,  
 nomen scilicet non satis inter homines  
 honoratum, cordatioribus etiam in vi-  
 sum & cordescens, ac antecessorum tri-  
 ste fatum, quos magno numero adfuisse,  
 fuisse, juisse, etiam abductos esse aula re-  
 citat. Nam ut prodigales habeat Aula  
 manus ac supra omnia merita Curiosita-  
 ti propitias, oculatae tamen sunt, & si  
 si quid vident, nihil credunt, ac impor-  
 tune promissa exigunt, imposita gravif-  
 sime vindicant. Quos pridem blandè sa-  
 lutavit, delicate saturavit, liberaliter do-  
 navit, hos paulo post per spiculatorem  
 infelici arbori suspendere aut quavis di-  
 ritate devovere nihil dubitat. Hinc  
 qui aulae serviunt minus ex animo tales  
 honorant, minus amant etiam, quo-  
 rum fortunam in tragœdiam exituram  
 augurantur. Qui etiam clanculum do-  
 lent suae fidei, ingenii, laborum, merito-  
 rumque nullam omnino rationem ha-  
 beri,



42  
Silentium apud iactabundos, deambula-  
tio apud volatiles, obscuritas apud apri-  
cantes, confessio apud apricantes, con-  
fessio apud reconditos, sed naturæ poti-  
us tardiori, minusque porosa aut perele-  
tribuatur. Sic sum. Nolim tentare De-  
um, ac plusquam ille sponte velit exige-  
re, nolim supra homines sapere, aut cere-  
bello meo nimium vel credere vel im-  
ponere, nolim meis coniecturis quam  
aliorum experimentis plus haberi fidei,  
nolim meo modo rotari terram, ire redi-  
reque mortalium sortes. Nolim præsci-  
re futura, nisi Deus offerat, nolim domi-  
nari naturæ nisi Deus jubeat, nolim cor-  
pus sanum inhabitare nisi Deus como-  
det, nolim possidere aurum nisi Deus  
deponat, nolim innotescere, nisi Deus  
exponat, nolim ratiocinari, nisi Deus  
confirmet, nolim docere, nisi Deus mit-  
tat, nolim quicquam esse in his terris nisi  
Deus vocet & conducat. Hac una mente  
in medio Curiosorum quibus immixtus  
inclusus, circumdatus, circum vallatus-  
que, quibus etiam coniunctus & confæ-  
deratus fui, invictus permansi, semper  
nolui

qui



COIT

21417